



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 1. De Sinu Leonino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

CAPVT XI.

De Diuisione Mediterranei maris iuxta recentiores.

QVOD Mediterraneum dicimus, si qua fides Marmolio, Arabes vocant *Bahar*, aut *Bohar-Rumi*, quæ voces *Mare Romanorum* sonant Nubiensis Geographus Mare Damascenum dixit. Turcis *Acdenizi*, quam vocem Græci indigenæ explicant *Aspra Thalassa*, *la Mer blanche*, sed quatenus opponitur Euxino Ponto, quem *Caradeniz* appellant, vt vertunt Græci *Maura Thalassa*, *la Mer noire*, vt ex Turcicis Leunclauij colligo.

Quomodo autem in præsentia diuidatur illud mare, nemo facile statuet, Scriptoribus & populis in varias opiniones distractis. Quibus omissis, quoniam in eâ parte audiendi peritiores eam reliquis præfero diuisionem quam mihi peritus Maris illius Naucleus suggestit; cui eò libentius acquiesco quod non procul video abhorre, ab eâ partitione quæ in Francisci Sauij D. de Breues legationibus inuenitur; videlicet in Leoninum, Tuscum, Venetum, Satalicum, Archipelagus, Maius, & Salacenum.

§. I. *De Sinu Leonino.*

LEONINVS Sinus, vulgò *le Golphe de Leon*, magis Latinè Lugdunensis, *de Lion*, sed communem nomenclaturam non audemus explodere. Complectitur autem totum hunc tractum Maris, qui à Freto Gaditano de *Gibraltar*, extenditur ad Occidentalia Sardinia. Sicque loquuntur nautæ omnes oræ Fræcicæ & Hispanicæ. Fauent etiam ex Geographis Leander & Maginus, quorum hic *Golpho Leonino*, ille *Mar Leone* nuncuparunt mare quod Austrinam partem Italiae lauat.

Sed iterum in varia nomina dispescitur. Nam versus Africam ORA ALGERIANA nominatur *la coste d' Alger*, aliquando ORA BARBARIAE *la coste de Barbarie*, parte pro toto vsurpatâ. Ad Europam à Freto Herculeo de *Gibraltar* ad Prom. Crucis *le Cap de Creux*, vel de *Creo*, ORA HISPANICA *la coste d' Espagne*. Exinde ad Niceam Prouinciæ *Nice en Prouence*, MARE MASSILICVM, *la Mer de Marseille*, Hispanis, & Barbaris, *la coste de France*. Hoc tamen

MARE MEDITERRANEVM IVXTA RECENTIORES.

SINVS LEONINVS, forte Lugdunensis, Golphe de Lion. { ORA ALGERIANA, la coste d'Alger.
ORA HISPANICA, la coste d'Espagne.
ORA MASSILICA la coste de Marseille, ou de France.
ORA GENVENSIS, la coste de Genes.

MARE TVSCVM, la Mer de Toscane. { ORA TVSCA, la coste de Toscane.
ORA ROMANA, la coste de Rome.
ORA NEAPOLITANA, la coste de Naples.
ORA TVNETANA, la coste de Tunis, ou de Biserte.

SINVS VENETVS, le Golphe de Venise. { ORA APVLA, la coste de la Pouille.
ORA DALMATICA, seu Ragusina, de Dalmace, ou de Raguse.
ORA ALBANICA, coste d'Albanie.
ORA MOREÆ, coste de la Morée.
ORA SICVLA, coste de la Sicile.
ORA TRIPOLITANA, coste de Tripoli.


SINVS SATALICVS, le Golphe de Satalia. { ORA NATOLIÆ, coste de Natolie.
ORA PALÆSTINÆ, coste de la Terre Sainte, ou Palestine.
ORA ÆGYPTIA, coste d'Egypte.
ORA SYRIACA, coste de Syrie.

ARCHIPELAGVS, l'Archipel, ou l'Archipelage. { ORA SMYRNENSIS, coste de Smyrne.
ORA THESSALONICENSIS, coste de Saloniqui.
ORA ROMANIÆ, coste de Thrace, ou Romanie.
ORA NAVPLIACA, coste de Napli.
HELLESPONTVS, le Bras de S. George.
PROPONTIS, la Mer de Marmora.

MARE MAIVS, la Mer Noire, ou Mer Maiour. { ORA BESSARABICA, coste de Bessarabie.
ORA RVSSORVM, seu Cosaquorum, coste des Roux, ou Cosaques.
ORA TAVRICA, la coste de Caffa.
ORA MINGRELIÆ, coste de Mingrelie.
ORA TRAPEZONTINA, coste de Trebizonde.
ORA ASIÆ, coste d'Asie.

MARE CASPIVM, la Mer de Satala, ou de Bacca. { ORA TARTARICA, coste de Tartarie.
ORA GEORCIANORVM, coste des Georgiens.
ORA GVEYLANA, coste de Gueylan.
ORA VSBEKI, coste d'Usbek.

LES DIVISIONS DE LA MEDITERRANEE SELON LES MODERNES



men mare Massilicum alij restringunt, alij promouent. Restringunt, qui à Salsulis *Salses* ad ostium Rhodani Occidentalius Sinum Lugdunensem constituunt: promouent, qui eidem oram Genuensē contribuunt, *la coste de Gennes*, & in Etruriam vsque producunt. Ac proinde Leoninus Sinus respondebit Antiquo Sardo Eratosthenis, atque Polybij.

§. 2. De Mari Tusco.

TUSCVM mare nominatur quicquid à Sardinia Melitam *Malte* vsque porrigitur, & ab Italis *Mar de Tosco*, vel *de Toscana* dicitur, ab celeberrimâ regione quam alluit. Non meminit huius Maris Breuæus, sed ex eius variis dictis colligitur. Effunditur vsque ad Africam, seu Barbariam, ibique versus Occidentem ad Prom. Bonum vulgò *Bon*, dicitur ORA BISERTINA, & TUNETANA, *de Biserte*, & *de Tunis*. Exinde ORA TRIPOLITANA, *la coste de Tripoli*, ab vrbibus nominatissimis huic littori adiacentibus. Versus Italiam retinet commune nomen, nisi in Sinubus, *de Caiete*, *de Naples*, *de Salerne*, *de Polycastro*, *de sainte Euphemie*, de quibus in recente Italiâ.

§. 3. De Sinu Veneto.

SINVS VENETVS, *le Golphe de Venise*, totum hoc completitur, quod intercurrit, inter Melitam Inf. & Pro. S. Ioan. Baptistæ in Occidentibus Cretæ, longoque tractu in urbem Tergesten infunditur. Non diffiteor tamen in Tabulis Magini accuratissimis hoc mare iterum tripliciter diuidi, & superiorem partem quæ terras subit versus Venerias dici, *Golpho di Veneriâ*, *le Golphe de Venise*, seu *Mare Adriatico*. cuius pars à Pro. S. *Maria de Lenca*, olim *Iapygia*, & Pro. *de Languetta*, olim *Acrocerauniorum* excursus, vocatur hodie, *la Bocca del Golpho*, *la Bouche du Golphe*: partem autem inferiorem dici, *Mare Gionio*, voce à veteri Ionio detortâ: reliquum denique versus Africam, *Mare Africo* nuncupari. Taceo hîc de orâ à môte Gargano ad os Sinus, quæ dicitur *Mare di Puglia*, ab Apulia cuius nomen iam intercidit in recenti diuisione, sicut & de Sinubus *de Larta* olim *Ambracio*, *de Patras* olim *Corinthiaco*, & aliis de quibus in Græciâ. Denique intelliges totum hoc mare in Tabulis quibusdam *Mare Græcum* appellari.